aut plus quam trecentos annos
secundo argivorum Foroneo
nore regnante Ogigi dilu
vium fuisse commemorant.
Sed quolibet tempore fuerit ta
tamen Minerva tamquam dea
colebatur regnante Athe
niensibus Cecrope sub quo rege
etiam ipsa vel instauratam
ferunt vel conditam civitatem.
Nam ut Cap. ix
Athene vocarentur, quod
certe nomen a Minerva est, que
grece Athena dicitur, hanc
causam Varro indicat: cum appa
ruisset illic repente olive ar
bor et alio loco aqua erupis
set, regem prodigia ista mo
verunt et misit ad Apollinem
Delphicum sciscitatum quid intel
ligendum esset quidve facien
dum. Ille respondit quod olea
Minervam significaret, unda
Neptunum, et quod esset in civium po
testate ex cuius nomine potius
duorum deorum, quorum signa
illa essent, civitas vocaretur.
Isto Cecrops oraculo accepto
cives omnes utriusque sexus.
Mos enim tunc erat in eisdem
locis ut etiam femine publi
cis consultationibus interessent
ad ferendum suffragium convo
cavit. Consulta igitur multi
tudine mares pro Neptuno, fe
mine pro Minerva tulere sen
tentias. Et quia una plus inven
ta est feminarum, Minerva vicit.
Tunc Neptunus iratus mari
nis fluctibus exestuantibus

terras Atheniensium depopulatus
est, quoniam spargere latius quasli
bet aquas difficile demoni
bus non est. Cuius ut iracundia
placaretur, triplici supplicio
dicit idem auctor ab Athe
niensibus affectas esse mu
lieres: ut nulla ulterius
ferrent suffragia, ut nullus
nascentium maternum nomen
acciperet, ut ne quis eas
Atheneas vocaret. Ita illa
civitas mater aut nutrix li
beralium doctrinarum et tot
tantorumque philosophorum, qua nichil
habuit Grecia clarius atque
nobilius, ludificantibus
demonibus de lite deorum suo
rum, maris et femine, et de vic
toria per feminas femine A
thenas nomen accepit et
a victo lesa ipsam victricis
victoriam punire compul
sa est, plus aquas Nepti
ni quam Minerve arma for
midans. Nam in mulieribus
que sic punite sunt et Mi
nerva que vicerat victa est,
nec affuit suffragatricibus
suis, ut suffragiorum dein
ceps perdita potestate et a
lienatis filiis a nominibus ma
trum, Atheneas saltem voca
ri liceret, et eius dee mereri
vocabulum quam viri dei victri
cem fecerant ferendo suf
fragium. Que et quanta hinc
dici possent, nisi sermo ad
alia properaret. C. x
Et tamen Marcus